Incipit apologetica prefatio cuiusdam diederici mo
nachi ad uenerabilem richardum amarbachensis
coenobii abbatem.

EXIGIS A ME MI PATER REVEREN
de richarde. quatenus aliquo tibi compendiose com
moditatis stilo. pro modulo crati mei palificare quantotius
non differam. que nam causa existat illius festiuitatis bea
tissimi patris monachorum benedicti. que apud gallos non
mediocriter sed precipue celebratur in diebus dominici aduentus.
in quibus orientales monachi. uelut in quadragesima
hausterius solent uiuere. & sub maxima monastice in
stitutionis disciplina. uigilantius natale domini expectare.
Et ut reor aliqua suspicione conductus. putas me tam
sacro desiderio quoquomodo satisfacere posse. quippe
qui in quibusdam negotiis. hoc ipsum te asseris alias expertum
fore. Ad hec mirius quinam inquam fieri potest. ut homo
agrestis. liberaliumque elementorum quibus ratio totius
disputationis confici necesse est fere expers. absque
multorum inuectissima reprehensione ignota aliqua
uel peregrina. pudore monachili postposito. scribendi
gratia temerare presumat. Presertim cum plures tecum
habeantur nostri ordinis nostrique propositi fratres. qui pro ipsa
sui reuerentia non temere possunt nonnisi uocitari.

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_reg_lat_586/0146